

Index Lectionvm In Academia Fridericiana ... Habendarum

SS 1779 : Index Lectionum Publice Et Privatim In Academia Fridericiana A Festo Paschatis 1779. Ad Terminum Michaelis 1779. Habendarum

Buetzovii: Typis Ioann. Gotth. Fritzii, 1779

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1787015904>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





LB T 594. 31

R. 1779

I N D E X
L E C T I O N U M

P U B L I C E E T P R I V A T I M

I N

A C A D E M I A

F R I D E R I C I A N A

A F E S T O P A S C H A T I S 1779.

A D T E R M I N U M M I C H A E L I S 1779.

H A B E N D A R U M.



B U E T Z O V I I

T Y P I S I O A N N . G O T T H . F R I T Z I I , S E R E N . D V C . A V L .
E T A C A D E M . T Y P O G R .

L. I. N. D. E. X.
BIBLIOTHECA

INSTITUTI

ET

ACADEMIAE

PHYSICAE


INSTITUTI

PHYSICAE

PHYSICAE



PHYSICAE
PHYSICAE
PHYSICAE



LECTIONES THEOLOGORUM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P.P.O. & Consist. Duc. Consil. juvante divina gratia THEOLOGIAM DOGMAT. propediem absolvendam denuo auspiciabitur: THEOLOGIÆ MORAL. tradet partem alteram, quæ de officiis præcipit: perget in prælegenda HISTORIA ECCLES. N. T. & insuper, desiderio DD. Commilitonum satisfactorius quantum vires a Deo concessæ patientur, instituet PRÆLECTIONES CURSORIO-EXEGETICAS In quatuor SS. Evangelia harmonice spectata.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Consist. Duc. Consil. & S. S. Theol. P.P.O. auxilio diuino fretus 1) *Theologiam Dogmaticam* docebit; 2) commentationem in *Ep. ad Romanos* absoluet, & ad explicationem *Ep. ad Galatas* progredietur; 3) *regulas catecheticas & homileticas* tradet, atque ut promittitur iis recte utendi acquiratur, *exercitationes* adiunget.

* 2

D. IOH.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, *S. S. Theol. Prof.*
Extraord. transibit bono cum Deo ad explicandam Epistolam
Pauli ad *Hebræos*, & postmodum ad Epistolas *Jacobi*, *Petri*, *Jo-*
hannis & Judæ.

IURECONSULTORUM.

ADOLPHUS FRIDERICUS REINHARD, *J. V. D.* Confi-
storii Meclenb. Director, Iuriumque Prof. prim. Lectiones of-
fert Iuris naturalis, Ecclesiastici tam communis quam Meclen-
burgici & Feudalis publici ac privati.

IO. MATTH. MARTINI, *I. V. D. & P. P. O. S. D. R.* a
consiliis iustitiae

In eo per proximum aestivum semestre occupatus erit, ut

- 1) ius mecklenburgicum ad praecepta sua
- 2) historiam mecklenburgicam itidem ad dictata sua calamo
ab auditoribus excipienda
- 3) institutiones iuris civilis ad ordinem libri Heinecciani
Sedulo doceat. Singulas horas suo tempore e tabula pub-
lica indicabit.

IOB. TOZIVS, *Sereniss. Duc. Consiliar. Iust. & Iur. Publ.*
Prof. O. hora XI. docebit Ius Publ. secundum Ill. PÜFFTERI In-
stitutiones Iuris Publici.

IOANNES CHRISTIANUS QUISTORP, *Sereniss. Duc.*
Regn. a Consil. Iustit. Iur. D. & P. P. O. binis per hebdomadem
horis introductionem in singulas vniuersae artis legitimae disci-
plinas ex libello *celeb. Schottii* dabit, Institutiones Iuris Ciuilis ad
nouissimam editionem elementorum Iuris ciuilis *b. Heineccii* an-
no elapso ab Ill. *Hoepfnero* adornatam exponet, similiter Ius Ec-
clesiasticum Protestantium quoad generalia principia, more solito
secundum libellum suum, cujus index est: *principia Iuris eccle-*
sastici germanici Protestantium, quoad specialia autem secun-
dum

dum positiones quasdam tradet, nec non iis deerit, qui praelectiones pandectales Duce III. Hellfeldio in Iurisprudencia forensi per integrum tamen annum absoluendas desiderabunt.

NICOLAUS GEORGIUS BERNARDUS DE LOEWENSTERN, *Iurium Doct. atque Prof. Publ. Extr.* per semestre aestiuum publice h. I-II. *uniuersi, quo in Germania utimur, iuris principia generalia* praelibanda dabit, in Illustrissimi *Henr. Chriff. L. B. de SENCKENBERG* *Einleitung zur ganzen in Teutschl. ueblichen Rechtsgelehrsamkeit* commentaturus; *priuatim* autem more solito h. VII-VIII. *Ius Germanicum priuatum* praeceunte Generosissimo *Io. Henr. Chr. de SELCHOW*, h. VIII-IX. *Ius feudale* ex principiis Perillustri *Ge. Lud. BOEHMERI* atque h. X-XI. *antemer. & h. II-III. postmer. B. Cancellarii BOEHMERI* *Introductionem in Ius Digestorum* explicabit.

MEDICORUM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, *Facult. Med. Senior*, per semestre aestiuum Methodum Medendi generalem docebit, juncto simul catalogo remediorum selectorum huc pertinentium. Et si praeterea nomina sua profitebuntur in aliis artis salutaris partibus instituendi, iis privatam operam non denegabit.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, *Med. P. P. O. & SERENISS. DUCIS Conf. Aul.*

Per semestre aestiuum interpretabitur Chirurgiam *Dn. Pal-las*, usumque instrumentorum Chirurgicorum reddet. Horas tabula publica indicabit.

Er wird ferner auf Herzogl. Special-Befehl in den Vormittags-Stunden von 10-12. die Frauens-Personen, die von den Herzogl. Aemtern und Ritterschaftlichen Gütern zu ihm gesandt werden, in der Hebammen-Kunst ohnentgeltlich nach besten Wissen und Gewissen gründlich unterrichten.

D. PE-

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, Archia-
ter & in Aula a Consiliis P. P. O. per instans semestre aestivum,
data occasione, auspicabitur lectiones materix medicæ ex ordine
Compendii b. Vogeli. Quibusque, præter hæc, prædesse pos-
sit, minime deerit, & promptam expectent Commilitones vo-
luntatem desiderii eorum inserviendi.

D. PETR. BENED. CHRIST. GRAUMANN, P. M. E.
Publice animalium domesticorum historiam (Geschichte der
Hausthiere) enarrabit, & simul ad scholas disputatorias huma-
nissime invitat. Privatim Botanicam, historiam Medicinæ, me-
dicinam forensem, & Therapiam specialem commodis horis do-
cebit.

PHILOSOPHORUM.

ANG. IO. DAN. AEPINVS, Philos. P. P. O. & SERENISS.
DUC. a Consil. Cancellar. Secretior. ob negotia clementissime
sibi demandata absens, hoc semestri laboribus academicis vacare
adhuc impeditur, ad quos tamen, quam primum fieri poterit,
redibit.

EOB. TOZIVS, Sereniff. Duc. a Consil. Iust. & Hist. Prof.
P. O. Hora X. enarrabit res pace belloque in Imperio R. G. ge-
stas, ad filum compendii Pütteriani: Grundriß der Staatsver-
änderungen des Deutschen Reichs.

Alia hora in tabula publica indicanda dabit notitiam Euro-
pæ eiusque Regnorum & Rer. public. secundum librum nouissi-
me a se editum: Einleitung zur allgemeinen und besondern Staats-
kunde von Europa.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, SER. DVCI REGN.
a Consiliis Aulae, OORR. Prof. P. O. & Bibliothecæ Praefectus
Præter Fundamentale hebraicum, lectiones in Vet. Test.
cursorias, itemque arabicas continuabit, quibus iunget manu-
ditionem ad legenda scripta Rabbinnica.

M. SA-

M. SAMUEL SIMON WITTE, J. N. & G. Prof. P. O. hoc semestri *Logicam* ad nuperrime editum cel. *Seydlitzii* libellum, über die Untersuchung des Wahren und Irrigen inscriptum, docebit; hora IX-X. *Jus Naturae & Sociale* ex illustr. *Schroederi Elementis Juris Naturae & Gentium, Groningae 1775.* in lucem emisissis, exponet; ac denique hora III-IV. *Philosophiae moralis* praecepta duce cel. *Federo* explicabit.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philos. Prof. Ord. offert 1) *Logicam*, itemque, si tempus suppetet, 2) *Metaphysicam*, e suo Compendio pertractandas.

P. I. HECKER, Mathes. P. P. O. quas ante aliquot menses incepit, praelectiones publicas, easque ad matheseos vniuersae studium praeparantes continuabit & finiet. In his quidem iam matheseos applicatae dogmata praecipua enarraturus, quod ad haec illustranda physica experimentalis nonnunquam offert, auxilio, quantum fieri poterit, vtetur. Quibus praelectionibus finitis, & si tempus permiserit physices capita quaedam explicabit, quorum in mathesi nulla fit mentio. Praeterea in b. Segneri lectiones elementares matheseos purae commentabitur, quae Halae 1773. prodierunt sub titulo: *J. A. v. Segner Anfangsgründe der Arithmetik, Geometrie und der geometrischen Berechnungen.* Denique algebrae elementa docebit, quatenus horum, quicumque vel mediocriter modo in mathesi se versatum cupit, nescius esse non debet; ad ductum *der Anfangsgründe der Algebra des Freyherrn von Wolf.* (Halle, 1775.) Ceterum, quo repetitio praelectionum mathematicarum eo facilius ab honoratis. auditoribus institui possit, scholas quoque aperiet catecheticas & soli exercitationi in solutione problematum varii generis destinatas.

DOCTORUM PRIVATORUM.

M. F. NEUMANN, 1) *alteram partem Anthropologie*, seu scientiae de voluntate, officiis, ac rationibus humanis, & in societate-

cietate cum suismet ipsis, & erga res terrestres tradet, 2) *Partem alteram* Periodi secundae Philosophiae historiae, de propagatione Philosophiae inter Romanos enarrabit, 3) *Introductionem*, dogmata religionis revelatae rite ac exegetice & critice, comprobandi dare, continuabit, & denique 4) *Veritatem religionis Christianae* ad methodum, in libro suo mox in lucem prodicuro, inscripto *Untersuchung des Wunderbeweises u. s. w.* traditam, demonstrabit. Laborum initium autem, nec non horas constitutas e publicis indicabit tabulis.


FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KARSTEN, per instans semestre aestivum *Publice* Arithmeticam praedicam ad negotia vitae civilis accommodata, omissa interioris matheseos cognitione ad ductum libri ab ipso editi, *Die Rechenkunst* duabus per singulas hebdomades horis docebit. *Privatim* explicabit praecepta rei rusticae praeunte Ill. Joh. Bekmanni *Grundsätze der deutschen Landwirtschaft*, de redditibus publicis in Tom. III. Gen. a Sonnenfels *Grundsätze der Polizey, Handlungs- und Finanzwissenschaft*. Mathesin denique, tam puram quam applicatam more solito ad ductum a fratre editi Libri: *Lehrbegriff der gesammten Mathematik* cupidus auditoribus explicabit. Horas quantum per alia quae ei incumbunt negotia fieri poterit, accommodabit desiderio commilitonum.


* * *

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt, magistros quoque habent artium eo pertinentium peritissimos.

P P. Bützonii ante Festum Paschatos MDCCLXXIX.







EL SIMON WITTE, J. N. & G. Prof. P. O.
amicam ad nuperrime editum cel. Seydlitzii libel-
terfuchung des Wahren und Irrigen in scriptum,
X-X. Jus Naturae & Sociale ex illustr. Schroe-
Furis Naturae & Gentium, Groningae 1775.
s, exponet; ac denique hora III-IV. *Philoso-*
aaccepta duce cel. *Federo* explicabit.

ETR. ANDR. MÜLLER, Philof. Prof. Ord.
n, itemque, si tempus suppetet, 2) *Metaphy-*
pendio pertractandas.

KER, Mathes. P. P. O. quas ante aliquot menses
ones publicas, easque ad matheseos vniuersae
ntes continuabit & finiet. In his quidem iam
catae dogmata praecipua enarraturus, quod ad
hysica experimentalis nonnunquam offert, au-
eri poterit, vtetur. Quibus praelectionibus fini-
ermiserit physices capita quaedam explicabit, quo-
ulla fit mentio. Praeterea in b. Segneri lectiones
heseos purae commentabitur, quae Halae 1773.
itulo: *J. A. v. Segner Anfangsgründe der*
metrie und der geometrischen Berechnungen. De-
elementa docebit, quatenus horum, quicumque
modo in mathesi se versatum cupit, nescius esse
actum der Anfangsgründe der Algebra des Frey
(Halle, 1775.) Ceterum, quo repetitio prae-
maticarum eo facilius ab honoratiss. auditori-
scholas quoque aperiet catecheticas & soli ex-
tatione problematum varii generis destinatas.

CTORUM PRIVATORUM.

MANN, 1) *alteram partem Anthropologie,* seu
itate, officiis, ac rationibus humanis, & in so-
cieta-